J agonizans loqui et vſuz
racionis habere potuerit fu
dat oraciones deum primo in
uocando vt ipſum per ineffabi
lem miſericordiam ſuam et vir
tutem paſſionis ſue ſuſcipere
dignetur. Secundo diligenter
inuocet glorioſam virginem ma
riam pro ſua mediatrice. De
inde omnes angelos et preci
pue angelum pro ſua cuſtodia
deputatum. Deinde apoſtolos
martires confeſſores atque virgi
nes ſpecialius tamen illos quos
vel quas prius ſanus in vene
racione habuit et dilexit quorum
ymagines cum ymagine cruci
fixi et beate marie virginis ei
preſententur. Item dicat ter iſ
tum verſuz. Diſrupiſti domine
vincula mea tibi ſacrificabo hoſ
tiam laudis. Nam iſte verſus
ſecundum caſſidorum tante credi
tur eſſe virtutis vt peccata ho
minuz dimittantur ſi in fine vera
confeſſione dicatur. Itez dicat
ter hec verba vel ſimilia que in
ſumma a beato auguſtino aſſcri
buntur. Pax domini noſtri ihe
ſu xpi et virtus paſſionis eius
et ſignum ſancte crucis et inte
gritas beatiſſime virginis marie
et benedictio omnium ſanctorum
ac ſanctarum cuſtodia angelo
rum necnon ſuffragia omniuz
electorum ſint inter me et om
nes inimicos meos viſibiles et
inuiſibiles in hac hora mortis
mee. Amen vltimo dicat In ma
nus tuas commendo ſpiritum meum
Si autem infirmus non ſciat
oraciones dicere dicat aliquis
de aſtantibus alta voce coraz eo
oraciones vel hiſtorias deuotas
in quibus pridem ſane delecta
batur. Ipſe vero oret corde et de
ſiderio vt ſcit et poteſt. Vnde
nota ex quo tota ſalus hominis
in fine conſiſtat ſollicite curare
debet vnuſquiſque vt ſibi de ſocio
vel amico deuoto fideli et ydoneo
prouideat qui ei in extremis fi
deliter aſſiſtat ad fidei conſtan
ciam. pacienciam. deuocionem
confidenciam et perſeueranciam
ipſum incitando. animando ac
in agonia oraciones deuotas pro
eo fideliter dicendo. Sed heu
pauci ſunt qui in morte proxi
mis ſuis fideliter aſſiſtunt inter
rogando monendo et pro ipſis
orando preſertim cum ipſi mo
rientes nondum mori velint et
anime morienciū ſepe miſera
biliter periclitantur.

Et tantum de arte moriendi.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn321939328/33